



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 99. Confessores monialium exemptarum, an iisdem
exemptionibus & conservator iis gaudeant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

tiones Pontificum pœnales plerumque contineant favorem Ecclesiasticum & ideo extendendæ ad solas manuum injectiones, cap. sicut cuncti de elect. in 6. Navar. d. cap. pœna. Gregor. Sarrus in thesauro Theol. Moralit. lib. 5. cap. 26. d. cap. si quis suadente. Tum quod is qui inchoavit delictum sed non perfecit, tenetur ad pœnam delicti. Cardinalis Clem. ne in agro §. quia vero nu. 16. de excessib. Prælat.

Sed in contrarium stant multæ rationes, quas adfert Felinus in tractatu, quando conatus puniatur inserto sub fine decretalium fol. 115. inter quas est, sicuti statuta pœna delicta intelliguntur de consummatis Barib. l. 1. ff. ad l. Corneliam de Sicariis. & constitutiones Pontificum imponentes pœnam ipso jure, quia ad eam incurrendam qualicumque conatus non sufficit, cap. cum in cunctis §. per de elect. Fel. d. loco nu. 5. & quidem signanter in excommunicationibus incurrendis, in quibus non sufficit conatus, nisi concurret ipsum factum. Card. cap. præterea requisitus de appell. Navar. sibi supra §. in tract. de datis & promissis pro iustitia vel gratia not. 8. Itaque ad Bullas & Pontificum constitutiones Privilegiorum exemptionum semper est colligendum, cap. porro de Privileg. dudum enim est, quin constitutiones ipsum conatum excommunicationum censuris & aliis pœnis à legislatore comminatis coercete possunt. Navar. de datis & promissis pro iustitia not. 8. in fine.

QUESTIO XCIX.

Confessores Monialium exemptarum, an iisdem exemptionibus & conservatoriis gaudeant.

SUMMARIUM.

1. Confessores monialium exemptarum sunt exempti.
2. Monasteria monialium exemptarum reguntur ab Episcopo, uti S. Sedis delegato specialiter, sed non temporaliter.
3. Mythagogi seu patres monialium eodem quo moniales privilegio gaudent.

Sacra Congregatio respondit, gaudere, ordinariosque nullam auctoritatem aut jurisdictionem in ejusmodi confessarios seu mythagogis sibi posse vendicare, idque ex mente Concilii Tridentini uti refert Joannes Gallemart, in declarationibus ad Conc. Tridentinum sess. 25. cap. 19. vel aliis Regularibus reguntur de Monialium S. Sedi subiecta regi quidem ab Episcopo uti sanctæ Sedis delegato posse spirituali gubernio, sed non temporaliter. Porro mythagogos istos eodem quo ceno-

Kk 2

canonibus privilegio gaudere, probari & confirmari possent ex his, quae de familiaribus Exemptorum alio in loco attulimus, ad quem locum si usus sit, Lector recurrere poterit. *lib. 1. de iurisd. cl. ord. in exempt. quest. 30.* quadrantque ea quae hic etiam offendimus de Ecclesiis aut personis alicui ordini exempto pleno jure subiectis, quae hic non repeto.

QUESTIO CENTESIMA.

Exempti an post cautionem iudicio sibi iudicatum solvi coram ordinario praestitam, recurrere possint ad Conservatorem.

SUMMARIUM.

1. Exempti prorogare non possunt.
2. Cautiones tacitam habent conditionem, in quantum de jure teneantur.
3. Cautiones iudicio sibi non inducunt iudicii prorogationem.
4. Cautiones istae non tollunt exceptiones ex defectu iurisdictionis orientes.
5. Cautiones istae non pro suis indemnitati ejus, cui praestite sunt.
6. Cautio Clerici coram iudice laico nullius est roboris.

Hodiè mihi proponitur quaestio, exemptum quemdam praestitisse coram ordinario, coram quo conveniebat, cautiones iudicio sibi & iudicatum solvi. Queriturque an non obstante prorogatione iudicii, imò sententià latà in praedictum Exempti, possit ad suum Conservatorem recurrere. Quaestiois hujus duplex est membrum, prius in prorogatione iudicii, posterius sententià latà subsistit, in utraque tamen respondj, non obstantibus hisce cautionibus recurri posse ad Conservatorem.

Nam quo ad prorogationem, praeterquam quod Exempti immediatè S. Sedi subiecti prorogare alterius iurisdictionem nullatenus possunt, uti alio in loco ostendi, *de iurisd. cl. Ord. in Exempt. lib. 2. quest. 7.* certum est ejusmodi cautiones tacitam ampliatè & de ventre suo complecti conditionem, in quantum de jure coram tali iudice suscipere teneantur, *l. non videtur ff. de iudic. Barb. l. quidam consulat ff. de re jud. Amb. offeratur C. de litis contest. C. str. l. vir. bonis nu. 1. ff. iudicatum solvi. Vincentius Carocius de remedijs adversus sententias & prejudiciales exceptiones Exemptione 22. quest. 24. fol. 21. Col. 4. Barb. d. l. vir. bonus nu. 4.* Cum itaque Exempti immediatè S. Sedi subiecti non modò non teneantur suscipere iudicium coram ordinario, sed ne quidem volentes prudentesque non possint, cap



cum tempore ubi Abb. & DD. de arbitrio, consequens & ejusmodi cautiones iudicii protogationem inducere non posse, late Peckius de iure sistendis cap. 15. per tot.

Id ipsum etiam post sententiam latam dicendum est, ejusmodi enim cautiones non tollunt exceptiones quæ ex defectu jurisdictionis oriuntur. Castr. d. l. vir bonus num. 1. Bald. l. 2. num. 4. C. de bonis autor. Iud. Possid. Papiensis in sua praxi in forma delictoria in glo. nec fuisse iudicem num. 1. Aret. conf. 84. Butr. cap. 1. de re iudic. Alex. l. num. 6. ff. si quis in ius vocatus non ierit.

Sed an pro indemnitate colligantis subsistat cautio 1. Respondetur non subsistere, cum principalis ff. de Reg. iuris l. si alius ff. qua res pig. non l. mulierem ad Velleia- num. Min danus de continentia causa l. 3. cap. 22. num. 9. iudicio enim existente nullo, cautio obligatoria quæ ei adiecit, subsistere non potest. arg. l. redemptores cum l. seq. ff. de revendic. l. 2. §. si quis ff. qui satisd. cogantur Abb. c. 1. in add. ad n. 3. de fideiussoribus Barth. l. cum lex ff. de fideiussoribus, ita & ab eadem analogia cautionem clerici coram iudice laico præstitam nullam obligationem iuris effectum producere traditum est. Iacob. Anon. Mariba. de iurisdic. inter Ecclesiast. & sacularem exercenda par. 4. cent. 3. casus 160. Hier. Grat. conf. 15. nu. 30. par. 1. arg. sed ff. non solum ff. ad Macedon. l. fideiussor obligari §. fideiussor ff. de fideiussoribus. proinde si exemptus ob ejusmodi iudicium susceptum, ob cautiones coram tali iudicio incompetentem præstitas molestatur, licet ei velut asinum sacramque anchoram opem conservatoris implorare.

QUÆSTIO CENTESIMA PRIMA.

Quid si exempti adjungant se alteri non exempto, cui iudicium coram ordinario motum est, cautionesque iudicio fisci, & iudicatum solvi præstent.

SUMMARIUM,

1. Duplex est interventionis species.
2. Exemptus fideiussor iudici fisci esse non potest.

ET hæc quæstio à præcedente dependens, quæ hodie mihi proponitur, inspectionem habet non contemnendam. Duplex quippe est adjunctionis seu interventionis species, aut enim exemptus se iudici quæ alteri coram ordinaria mota est adjungit, quia ejus non principaliter interest, sed secundario se adjungit, quia ejus principaliter interest; alterius vero qui

kk 3